

I V S T I L I P S I  
DE BIBLIOTHECIS  
S Y N T A G M A.

*Editio tertia, & ab ultimâ Auctoris manu.*



A N T V E R P I A E,  
E X O F F I C I N A P L A N T I N I A N A ,  
Apud Balthasarem Moretum , & Viduam  
Ioannis Moreti , & Io. Meursium.

C I O. I O C. X I X.

*Cum Privilegiis Cesareo & duorum Regum  
& Principum Belgarum.*

ILL<sup>MO</sup> ET EXCELL<sup>MO</sup>  
PRINCIPI

# C A R O L O

DVCI CROIIO ET ARSCHOTANO,  
PRINCIPI S. IMPERII,  
EQVITI AVREI VELLERIS.



De BIBLIOTHECIS  
quod scripsi, ILLV-  
STRISSIME PRIN-  
CEPS, ipsum ire ad te  
ambiebat, vix me mit-  
tente. Quis nescit te  
eximum inter Belgij proceres esse, qui  
harum rerum elegantiâ & studio capia-  
tur? Itaque cùm alia artium veterum in-  
struis & adornas, tum *Nummos & Bibliothecas*  
maximè: de quibus istis Commen-  
tarium hunc concepi & digessi, non vo-

I V S T I L I P S I  
**DE BIBLIOTHECIS**  
**S Y N T A G M A.**

C A P U T I.

*Bibliotheca, & Libraria, quid? Reges veteres habuisse,  
atque illos Ægypti.*

**B**IBLIOTHECA tria significat, *Locum*,  
*Armarium*, *Libros*. Græca vox La-  
tinis in usum etiam venit, & quam-  
quam *Librarium* dicunt, tamen ma-  
gis est eâ voce tabernam capi, in quâ  
venales libri exstant. Sed Bibliothe-  
carum res vetus, & nisi fallor, cum ipsis litteris adinuen-  
ta. Nam simul ac scire & sapere natum est, mox etiam  
scribere: & istud esse cum fructu non potuit, nisi ut libri  
adseruarentur & disponerentur, & ad præsentium & poste-  
rorum usum. Priuata primùm ea cura, & quisque sibi  
suisque struebat: postmodum Reges & Dynastæ usurpa-  
runt, nec in usum solum, sed ambitionem aut splendo-  
rem. Sanè multos congerere, vix fuit priuati hominis aut  
census: cùm tarda & impendiosa descriptio esset: donec  
utilissima hæc Typographia rem in compendium misit.  
Qui primus Regum illustrem habuit (quod memoria  
seruer) is fuit Osymandias, Ægypti, qui inter alia ope-  
rum præclara, *Sacram Bibliotecam struxit*, & in eius

B fronte